

Etus, ut ille, qui naturam ejus & operationem cum judicio  
intueri velit, elegantissimum divinæ Sapientiæ compendium  
manifestissimè queat animadvertere. Is enim ex pluribus  
partibus adeò affabrè & nitidissimè est concinnatus, ut plu-  
rimas rerum species exiguæ membranulæ capacitate excipe-  
re & hujus universi hæmisphærium queat comprehendere;  
quod certè reponendum est inter maxima naturæ admiran-  
da. Præterea partium corporis cæterarum elegantissimas fa-  
bricas, quæ unâ cum suis causis atque effectibus, ma-  
teriam prope divinam speculationi suggerunt & ita  
mirificè animos afficiunt, ut ab admiratione in jucun-  
dam earum contemplationem & divinæ Sapientiæ depræ-  
dicationem tandem piè desinamus. Unde fit, ut in rebus  
nonnullis plus aliquando Theologiæ habere videatur *Galenus*  
in suis de usu partium libris, quàm *Suarezus* in *Metaphysicis*.  
Sed ea latius exequi constitui Oratione inaugurali, crastino  
die VI. Augusti, in Auditorio Majori, horâ IX. habendâ. Ex quo  
enim non ita pridem à **Serenissimo Electore**  
**Saxone, Domino meo clemen-**  
**tissimo,** præviâ Patrum Academia & cum primis Gra-  
tiosissimi Ordinis Medici commendatione, Professio Ana-  
tomes atque Botanicæ ordinaria indigno mihi collata  
fuit, id mihi negotii superesse intellexi. Ut igitur  
**MAGNIFICUS ACADEMIÆ RECTOR, PA-**  
**TRESQVE AC CIVES,** omnes & singuli, dicturum  
me propensè & patienter audire velint, observanter & hu-  
manissimè rogo, sedulò daturus operam, ne quenquam  
eorum beneficii præstiti pœniteat. P. P. Dominicâ II. X. p.  
TRINIT. cl. l. c. XXCII.



*Handwritten signature or note in cursive script, possibly reading 'Anat. A. 222, 12'.*